



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

2 Potestatis Ecclesiasticae definitio quae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- 31 *Attingere annum legitimum sufficit in ordinum susceptione.*
- 32 *Abbatissa non minor 40 annis, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit, eligi potest.*
- 33 *Inquisitorum legitima ætas est 40 annorum.*
- 34 *Ordinum impedimenta quæ & qualia sint.*
- 35 *Bigamus ad ordines promoveri non potest.*
- 36 *Bigamia est triplex, vera, interpretativa, & similitudinaria.*
- 37 *Bigamia vera, quæ sit.*
- 38 *Bigamia interpretativa quot modis contrahatur.*
- 39 *Bigamia similitudinaria quæ sit.*
- 40 *Bigamus quare ab ordinibus arceatur, quatuor rationibus probatur.*
- 41 *Minor ordinatus ordines sacros recipit, sed executio usque ad legitimam ætatem est suspensa.*
- 42 *Ordinatus extra tempora est suspensus, donec à Sede Apostolica fuerit dispensatus.*
- 43 *Reges & Regina, & quomodo inungantur, coronentur.*
- 44 *Episcopi quomodo consecrentur.*
- 45 *Abbates, Abbatissa, & Virgines quomodo benedicantur, & consecrentur.*
- 46 *Campana ordinis Episcopalis potestate benedicuntur, & quomodo.*
- 47 *Degradatio sit etiam potestate ordinis Episcopalis.*
- 48 *Episcopi, quæ sunt ordinis Episcopalis, alijs demandare non possunt.*
- 2 *num. 23, lib. 1. quæ generaliter sumpta est potestas à Christo instituta immediate, & supernaturaliter ad gubernandum fideles secundum legem Evangelicam in supernaturalibus, & quatenus ad illa est opus etiam in naturalibus, Navar. in d. relect. cap. novit, not. 3, num. 81, vers. 17.*
- 3 *Potestas ordinis, quæ uti dignior est præmittenda, consistit in chrisimatis, & olei infirmorum confectione, frontis chrisimatione, ordinum collatione, & ecclesiarum, altarium, vasorum divino cultui dicatarum, Abbatum, Abbatissarum, & Virginum consecratione, vestium, mapparum, aliorumque paramentorum, & campanarum benedictione, earundemque ecclesiarum, ac cæmeteriorum pollutorum reconciliatione, cap. quamvis, 68, distin. gloss. fin. in cap. transmissa, de elect. gloss. penult. in cap. aqua, & ibi Abbas num. 2, & 8, de consec. Eccles. vel alta, gloss. 1, in cap. quia periculosum, de sent. excom. in 6. Abb. in cap. quanto, nu. 3, de consuet. & Conc. Trid. cap. 4, & can. 7, de sacr. ord. sess. 23.*
- 4 *Solius autem Episcopi est quæ chrisma conficere, cap. illud, 95, distin. cap. si iubet, 26, q. 6. & in Cæna Domini quolibet anno est conficiendum, & vetus intra ecclesiam est exurendum, cap. litteris, de consec. dist. 3. & cum chrismate in fronte signare est tantum Episcoporum, quibus spectat baptizatos confirmare, cap. presbyterus primo, de consecrat. 4. dist. Ita quod nec præscriptione quæ possunt presbyteri nec Episcopi acquirere jus Sacramentum confirmationis ministrandi, ut cap. quanto, de consuet. & Covar. lib. 1, var. resolut. cap. 10, num. 14. & sicut aqua est materia baptismi, ita chrisma est materia confirmationis, sine quo conferri non potest, ut in cap. 1, §. penult. de*
- 1 **E**pisopi quæ duplicem habent potestatem, Ordinis, & Jurisdictionis, Navar. in relect. c. novit, not. 2, num. 83, vers. quibus addo, de jud. so. 2, & Burlat. cons. 125,